

Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Et in dignitate humane conditionis esse cognoscitur. ut non solum iubentis sermone. sicut alia sex dierum opera. sed consilio sanctae trinitatis & operis maiestatis diuinae creatus est homo. Ut exprimat conditionis honore intellegere quantum debet suo conditori. Dum tantum in conditione mox dignitatis privilegium proficit ei conditor. ut tanto ardentius amara conditorem quanto mirabilius se ab eo esse conditum intellegat. Nec ab hoc solum quod consilio sanctae trinitatis sic & collentur a conditori conditus est. sed & iam quod ad imaginem & similitudinem suam ipse creator omnium eum creauit quod nulli alio creaturis donauit. Quae imago diligentius & in ceteris hominibus nobilitate est consideranda. Primo quidem ut sicut deus unus semper. ubique totus est omnia uiuificans mouens & gubernans sicut apostolus confirmat quod in eo uiuimus